



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

VII. Vtrùm auxilium sufficiens detur interdum prædestinatis, vel reprobis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

Dei ordinatione prouenire, sed ex permissione tantum, ut explicatum est, & simili modo limitandum est quod dicit, cum Prædicatore insonante aliqui non credunt, eos foris audire, intus non audire, nec discere, id est, non ita interius audire ut discant: nam quod interius etiam aliquo modo audiant, necessarium dicendum est ut auxilium sufficiens recipiant, iuxta dicta in cap. 2.

Quomodo credere potuissent, qui relictis sunt.

Tertium denique testimonium eodem fere modo facile declaratur. Sed in primis notandus est ille modus loquendi Augustini de Tyris & Sidoniis, Relicti sunt qui etiam credere potuissent. Nam sensus est, relictos esse qui credidissent, si talia signa vidissent, hoc enim affirmavit Christus in verbis proximè sequentibus; loquitur enim Augustinus per verbum potuissent, vel intelligendo potestatem in actum reducendum, vel intelligendo etiam secundum præscientiam, quæ futurum effectum includit, & ita constat hanc esse phrasim Augustini, ut in primo testimonio interpretati sumus, quam sumpsit ex simili loquendi modo Christi Domini, cuius verba ibidem allegat, qui de Iudæis dixit, Propterea non poterat credere, quia de illis dixit Iſaías: Excaca cor populi huius, &c. Ioan. 12. propterea enim non poterant quod volebant, ut ibi ait Chrysostomus, & Prosper ad obiectiones Vincent. in 6. tamen quia Deus illam voluntatem eorum præciebat, ideo in sensu composito non poterant, & sic etiam non erunt obsequia verba Augustini, quoniam ut crederent non erat eis datum, etiam unde crederent & negatum; aut enim non esse eis datum credere secundum prædestinationem diuinam, (nam hæc etiam est, visitata locutio Augustini:) supponit autem Augustinus efficacia auxilia ad exequenda media prædestinationis ab electione diuina descendere, seu à proposito, ut loqui etiam solet Augustinus; & ideo ait, quod eis non eligit ad salutem, vel ad fidem, etiam non dedisse eis unde crederent; non quia eis negauerit unde possint credere, nec quia aliquid ex parte sua negauit, ratione cuius non sunt vñ illa potestate, nec crediderunt, sed quia negauit illis, vel dare noluit etiam vocationem, quæ de facto crederent, quam ipse non ignorabat, & dare potuisset, & eundem sensum habent vltima verba, ut faciliè consideranti patebit.

Quando idem dicit aliqui b. non esse datum, ut crederent, secundum diuinam præscientiam.

CAPVT VII.

Virum auxilium sufficiens detur interdum prædestinatis, vel solis reprobis.

Hactenus explicuimus, quid sit auxilium sufficiens, & quas spirituales vires, quæve auxilia includat; nunc superest videndum, quibus & quomodo detur. Omnium autem hominum multitudo (idemque est de Angelis) in duas classes prædestinatorum & reproborum distinguitur, quæ partitio sumitur per diuersum ordinem ad consequutionem vltimæ beatitudinis, ad quam etiam hæc auxilia ordinantur, ideoq; in primis per cooperationem ad illa duo membra explicandum à nobis est, quibus detur auxilium sufficiens, & in præsentibus duo inquiruntur, vnum an reprobis detur, aliud an detur prædestinatis, vel sit proprium reproborum saltem quoad illum modum quo dici solet proprium, quod alicui soli conuenit, & in priori quidem puncto hæretici huius temporis negant dari auxilium sufficiens reprobis, sed tantum electis, & pro eadem sententia refertur Cosmas Philar. quæst. singulari de prædest. cap. 22. & videtur favere Iſidorus lib. 2. sentent. cap. 5. §. spiritualis; aut enim spirituale auxilium solis electis dari; ratione idem

1. Status questionis.

2. Hæretici negant dari auxilium sufficiens

suaderi potest, quia reprobis vel non datur sufficiens gratia, ut ad fidem veram conuertantur, vel saltem non datur ut credentes iustificentur, vel denique non datur ut semel iustificati vique ad finem in iustitia perseuerent: ergo simpliciter non datur eis auxilium sufficiens ad salutem. Consequentia euidens est, quia sine fide, iustitia, & perseuerantia in illa saluari non possunt.

Antecedens quoad primam partem probatur, quia credere non possunt nisi trahantur à Deo, dicente Christo Domino, Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Venire autem est credere, dicente eodem Domino, Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. ut ibi, & sæpe aliàs Augustinus exponit, & multi reprobi non trahuntur à Patre, ad Christum per fidem, ut experientia docet; ergo illi non possunt credere; ergo non accipiunt auxilium sufficiens ad credendum, nam auxilium sufficiens dari posse, ut diximus, idemq; argumentum de secundo membro fieri potest, quia fides non potest venire ad Christum per solam fidem, nisi trahatur, ita nec potest venire per fidem viuam, seu per vitæ fidei, quæ est charitas, seu per fidem, quæ per dilectionem operatur, nisi etiam trahatur, nam quod Christus idem dixit, hoc est opus Dei, ut credat in ipsum, non minus de fide viuâ, quam de sola substantia fidei veru est: at vero multi credentes non trahuntur ut diligant; ergo nec ipsi credentes, si reprobi sint, accipiunt auxilium sufficiens ad amandum, & consequenter nec ut iustitiam consequantur. Denique tertia pars probatur, quia nemo potest perseuerare sine speciali perseuerantia dono; sed hoc non datur reprobis: ergo non possunt perseuerare; ergo non recipiunt auxilium sufficiens ad perseuerandum.

In contrarium autem videtur hoc auxilium sufficiens ita esse proprium reprobis, ut in prædestinatis locum non habeat, nec illis detur, quia auxilium sufficiens, prout distinguitur ab efficaci, (hic enim de illo agimus,) tale est, ut non consequatur salutis effectum: sed prædestinatis non datur tale auxilium, sed illud quo comparatur certissimè salutis effectus; ergo, minor patet ex definitione prædestinationis tradita ab Augustino I. de bonor. per. & per. cap. 14. Prædestinatio est præscientia, & preparatio vñ futurorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Beneficia ergo & auxilia prædestinatorum semper sunt efficacia; ergo illis non datur auxilium sufficiens; ergo necessarium datur reprobis; alias nullis darentur, & solis illis, quia omnes non prædestinati, sunt reprobi. Et confirmatur ex Paulo ad Roman. 8. dicente, scimus autem, quoniam diligenter Deum omnia cooperantur in bonum istis, qui secundum propositum vocati sunt Sanctis, qui sine dubio sunt prædestinati: nam illos elegit Deus, ut essent Sancti, & immutati in conspectu eius in charitate, ad Ephes. 1. & Augustinus sæpissimè exponit. Ergo, teste Paulo prædestinatis omnia cooperantur in bonum: omnia ergo media salutis, ac subinde omnia auxilia sunt in illis efficacia quia sunt illis ad salutem utilia, hoc est enim cooperari illis in bonum, & rationem infinitat Paulus, quia secundum propositum (vique Dei) vocati sunt, id est, ex absoluto decreto quod Deus habuit de illorum sanctificatione perpetua, ex quo proposito non oriuntur nisi media & auxilia efficacia. Vnde sumpsit Augustinus modum illum loquendi in illo frequentissimum de vocatione ex proposito, quam dicit esse efficacem & propriam electorum, ut in sequenti lib. videbimus, ac denique significatur à Paulo in verbis sequentibus. Nam quos præsciuit, hos & prædestinavit conformes fieri imagini filij sui: quos autem prædestinavit, hos & vocavit, vique ex proposito: quos autem vocavit, hos & iustificavit, ac subinde efficaciter vocavit. quos autem iustificavit, hos & glorificavit, dando scilicet illis efficacia media ad perseverantiam.

uerandum: ergo prædestinatorum auxilia tantum efficacia sunt.

1.
Resolutorio
pendet à
duobus,
quæ in gra-
tialufficiis
spectari
possunt.

tum etiam ad illud punctum. Resolutorio autem huius puncti facilis est si duo considerentur, vnum est, auxilium sufficiens dici posse vtr in ordine ad salutem eternam consequendum, vel in ordine ad vnum, vel alium actum, aut effectum salutis, seu de se vtilem ad salutem: priori modo vt detur auxilium sufficiens, necessarium est vt detur ad illa tria suprà posita, scilicet ad fidem, iustitiam, seu opera, & perseverantiam, & ratio ibi facta probat, quia hæc tria necessaria sunt ad salutem: posteriori autem modo potest aliquod auxilium esse sufficiens tantum ad credendum, vel tantum ad sperandum, & sic de aliis, vt per se notum est. Aliud considerandum est, licet homines omnes vel sint prædestinati, vel reprobi, nihilominus posse vtrosque considerari, vel præcisè quatenus prædestinati, vel reprobi sunt, vel secundum quamdam communem & abstractam rationem qua subsunt generali providentiæ Dei, quæ non specialiter ad prædestinationem, vel reprobationem, sed ad communem totius vniuersi providentiam pertinent: nam licet quis sit reprobus, non semper operatur vt reprobus: & è conuerso, licet aliquis sit ele-

Reprobi nō
semper a-
gunt, vt re-
probi; ne-
que prae-
stati, vt
praedestina-
ti.

ctus, non semper operatur vt talis. Vnde etiam fieri
potest, vt multa auxilia gratiae conferantur praedestina-
tis, non vt praedestinati sunt, id est, non ex pec-
culiari proposito efficaci saluandi illos, sed ex gene-
rali prouidentia, qua Deus nemini negat generalia
subsidia; & vnumquemque motus suos agere finit.
De reprobis autem aliter loquendum est, quia illis
non dantur auxilia gratiae, ex reprobatione illorum,
quia donatio est ex primaria intentione Dei, sicut
glorificatio; nihilominus tamen dici possunt quae-
dam auxilia dari reprobis, cum praesentia & per-
missione damnationis ipsorum, quia praevidentur
illis abuturi, & nihilominus eis dantur cum tali
permisione. Alia vero auxilia eis dari possunt cum
praesentia alicuius fructus, & vtilitatis, quae dici
possunt dari illis non vt reprobi sunt, sed vt praedestinati secundum quid, vtique ad fidem, vel tem-
poralem salutem. quae quidem auxilia possunt in
reprobis esse suo modo efficacia, vt libro sequenti
dicemus, nam ad materiam de auxilio efficaci id
pertinet.

Reprobis
dantur au-
xilia cum
praesentia,
& permis-
sione dam-
nationis
ipsorum.

6. Dico ergo primum. Auxilium tantum sufficiens ad salutem eternam consequendam, proprium est reprobis quoad hoc quod solis illis datur, non assero nunc dari omnibus reprobis : hoc autem tractandum est specialiter in sequentibus sed dico dari reprobis, non vero predestinatis. Vtraque pars est certa & facilis. Nam de predestinatis euidenter eam probat ratio, & testimonia secundo loco posita, quia non negamus auxilia data predestinatis esse sufficientia, sed negamus esse tantum sufficientia, id est, incongrua & carentia effectu, quia sicut predestinatio non potest carere effectu, ita neque auxilia omnia, quæ ex vi predestinationis preparantur electis, possunt effectu eternæ salutis carere. Non possunt ergo tantum esse sufficientia, saltem in sensu composito, nimirum quatenus ex predestinatione, seu proposito Dei procedunt. Et inde concluditur altera pars. Nam auxilium non dicitur sufficiens tantum in ordine ad singulos actus huius vite, vel tantum in ordine ad temporalem iustitiam, sed etiam in ordine ad gloriam consequendam, ut probant omnia in superioribus adducta; ergo tale auxilium aliquibus hominibus datur, sed non predestinatis; ergo reprobis.

Dices, si illi sint reprobi, superuacaneè datur illis
auxilium sufficiens ad salutem. Item si Deus dat il-
listale auxilium; ergo dat vt est tantum sufficiens;
ergo ex instituto querit Deus occasiones, in quib-
us der auxilium.

Fr. Suarez de Gratia Pars II.

UNIVERSITÄTS-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deum Deum non dare hoc auxilium reprobis vt reprobis sunt, sed vt sunt ordinati ad vitam æternam consequendam, & ideo non est superuacaneum in illis tale auxilium, sed est maximè necessarium, vt per Deum non fiet quominus homo saluetur, vt verè non fiat, alioqui *quomodo indicabit Deus hunc mundum?* Quia ergo vult Deus antequam scelerem saluare hos reprobos, eis dare auxilia sufficientia, quia verò illos non efficaciter prelegit, dat illis auxilia, quæ tantum sunt futura sufficientia, non tamen intendendo exclusionem efficientiæ, sed permittendo. Nam cum auxilium hoc ita sit sufficienti, vt de se possit esse etiam efficax, si homo velit vt tale detur à Deo; quòd verò non sit in re futurum efficax, non intenditur à Deo, sed prauideatur & permittitur. Et ita supposita præscientia verum est, Deum dare hoc auxilium reprobo, vt tantum sufficienti est, ita tamen vt ex duobus, quæ in illo terminò exclusiue iunguntur, scilicet efficientiæ & carentiæ effectiōis; primum fit intentum à Deo, & secundum permissum. Neg; inde sequitur Deum captare occasiones incongruitatis, quia non præcessit intentio, vel propositum damnandi reprobos, priusquam illorum resistentiam, & consequenter inefficiam auxilij prauideat, ideoq; illa inefficiacia non est intenti, præcessit autem pura non electio, & inde oritur vt licet Deus prauideat auxilia non futura esse congrua, nec danda temporibus opportunis, id non impediatur, sed toleretur ac permittatur.

Dico secundò. Auxilium tantum sufficiens ad aliquos particulares actus, vel effectus, etiam prædestinatis datur interdum : hoc est clarum & de se de certum. Primò, quia prædestinati sæpe peccant, & à tentatione vincuntur, cum tamen auxilium sufficiens habeant ad tentationem vincendam, alioqui non peccarent, vt de Adamo qui prædestinatus fuit, dixit Augustinus lib. de corrept. & grat. cap. 11. & 12. Secundò, quia sæpe vocatur a Deo prædestinatus ad opera maioris perfectionis, quæ non facit : recipit ergo tunc auxilia sufficientia ad talia opera, quæ inefficacia ab eo redduntur per liberum arbitrium. Tertio, quia ad certitudinem prædestinationis satis est quòd tot & tanta auxilia in prædestinato efficacia sint, quorad consequendum gradum gloriæ, ad quem est prædictus, sufficienti : fieri autem potest, vt multa plura habeat auxilia, quæ si efficacia essent omnia, merum prædestinati cresceret ultra terminum gloriæ, ad quem fuerat destinatus. Ergo non solum fieri potest, sed etiam ex hypotheli necessarium est, vt multa auxilia sufficientia in prædestinato sint inefficacia.

Sed interrogari potest primò, cur Deus conferat prædestinato plura auxilia, quàm illa efficacia, quæ ad quæ respondet illi termino gloriæ, ad quem illum elegerat. Responderi potest primò cum D. Thom. q. 6. de veritat. art. 3. nullum auxilium prædestinati de se esse efficacius, & ideo Deum plura auxilia providere prædestinato, quàm si essent simpliciter necessaria: vt si vnum, vel aliud reddatur inefficax, alia tandem sine efficacia, & terminus destinatus infallibiliter obtineatur. Sed hic modus non sita intelligendus, ac si Deus in modo suæ prouidentia vel confusè, vel ignoranter procedat, quali tentando plura media, vt si vnum non succederit, aliud tandem operetur. Hic enim gubernandi modus imperfectionem inuoluit, ideoq; nulla ratione Deo admittendus, vel cogitandus est, quia eius prouidentia certissima est in singulis, & prius quàm decernat dare, auxilium præcognitum habet, an futurum sit efficax, necne, vt postea videbitur intelligendum est ergo Deum ita prævidere prædestinati, vt regulariter per ordinatas

Gratia suf-
ficiens datur
reprobis, nō
vt reprobi,
sed vt ordi-
natis ad vi-
tam æter-
nā, si velint.

inefficacia
ius non est
Deo intē-
a, sed præ-
isa, & per-
missa.

7.
 gratia sus-
 tens datur.
 iam præ-
 stinatis.
 l particu-
 res effe-
 us.
 obatur
 tertio.
 et in A-
 mō.

8.
Deus
ra der
destina-
uxilia,
m effi-
a, &c.

causas & media pro omnibus destinata illis prouideat, eosque suos motus agere sinat, non solum necessitatem eis non inferendo, verum etiam nec copiosiora auxilia quam generales causas gratiae postulant, illis tribuendo. Hinc ergo quasi morali consequtione necessaria fit, ut multa auxilia sint in eis inefficacia, quae quidem inefficacia cum non sit à Deo intenta, sed permixta, non oportet aliam rationem illius permissionis quaerere, nisi quia non oportet propter praedestinationem ordinariam cursum causarum & libertatis impedire, aut immutare; solum etiam id facit Deus cum praedestinato, quando praevidet sine specialissima prouidentia, vel abundantioribus auxiliis illum non esse consequitur terminum electionis suae. Quoties autem ordinaria auxilia sufficiunt, & licet interdum inefficacia sint futura tandem plura, vel quae satis sint futura, sunt efficacia, per illa omnia Deus praedestinatum ordinat ad gloriam, & ita fit ut cum auxiliis efficacibus simul aliqua inefficacia recipiat.

Propter praedestinationem cursum causarum & libertatis ordinarius impedit non debet.

8. An auxilia sufficientia fiat effectus praedestinationis?

Talia auxilia non dantur praedestinatis ut sunt inefficacia, sed ut possunt esse efficacia, si praedestinatus velit.

Eadem auxilia prosunt ad finem praedestinationis.

Respondetur argumentis, ac primo ad primum.

Deinde quaeri potest, an talia auxilia inefficacia dentur praedestinato ut praedestinatus est, vel sub alia ratione, in qua etiam alia interrogatio continetur, videlicet, an haec auxilia sufficientia sint effectus praedestinationis. Ad quae breuiter respondeo, si consideretur auxilium sufficiens quoad carentiam efficaciam, per se loquendo, sub illa ratione non dari praedestinato ut praedestinatus est, sed potius perimitti in illo, quia ad maiorem gloriam non est electus. Probatur, quia illa inefficacia auxilij etiam in praedestinato non est à Deo, neque ex intentione eius, quia nunquam est aliquid boni, ideoque tantum est permixta: ergo per se non conducit ad terminum praedestinationis consequendum; ergo auxilium sufficiens sub ea ratione non confertur praedestinato, ut talis est. Si verò consideretur illud auxilium quatenus de se promouet ad bonum, & potest esse efficax, si homo velit, sic per se quidem intenditur & datur à Deo: per se autem non videtur dari ex peculiari intentione praedestinationis, sed ex generali prouidentia gratiae, seu ex voluntate illa generali & antecedenti, quia Deus vult homines saluare, & promouere, si per ipsos non steterit.

Nihilominus tamen fieri potest, ut haec auxilia quae in praedestinato sunt inefficacia ad effectum, propter quem proximè dantur, alia ratione sunt utilia, & in re ipsa aliquid prosint ad finem praedestinationis consequendum, & sub ea ratione possunt esse effectus praedestinationis, & dari praedestinato, quatenus praedestinatus est, & intentione diuina, quantum ad id boni, quod est in auxilio: vel ex permissione quantum ad malum, vel defectum, qui in resistentia liberi arbitrij inuenitur; fieri enim potest, ut auxilia quae fuerunt tantum sufficientia, quatenus sunt Dei beneficia, postea in memoriam reuocata fuerint, ad gratitudinem, vel ad gratiarum actionem, & ad congruitatem & efficaciam ultimi auxilij, vel quatenus illis repugnatum est, conferat ad dolorem, & poenitentiam. Unde sicut permissio peccati potest esse effectus praedestinationis, ita etiam permissio inefficaciae cuiuscumque auxilij, & sicut alia beneficia diuina, si eis bene vtatur praedestinatus in ordine ad salutem aeternam, possunt esse effectus praedestinationis, ita etiam auxilia sufficientia, quatenus magna Dei beneficia sunt, ex praedestinatione esse possunt, & homini ut praedestinato conferri.

Ad argumenta in principio posita respondendum superest, & quidem in verbis Iudori, gratia spiritualis non significat quamcumque internam gratiam, vel sufficientem, sed illam quae congrua est, & ad salutem perducit. Ad rationem autem, quia hic non distribuitur, sed indefinite de reprobis lo-

quimur, satis esset respondere Christianos omnes, quidam nantur, habuisse auxilium sufficiens ad salutem, quia potuissent agere poenitentiam peccatorum, & post illam possent in adepta iustitia peruenire, si velint, utrumque enim definit Concilium Trident. sess. 6. cap. 11. 13. & 14. & de poenitentia id recipit sess. 14. Item omnes qui sufficienter audiunt Euangelium, sufficiens auxilium ad credendum recipiunt, licet nunquam credant; qui verò nec Euangelium audierunt, fore non accipiunt auxilium proximè sufficiens ad salutem, vel ad fidem: accipiunt autem, saltem remotè, & in praeparatione voluntatis diuinae, seu quantum est ex parte Dei: quomodo autem hoc intelligendum sit, postea explicabimus.

Vnde ad locum Ioann. 6. respondetur, etiam multi reprobis de facto ad fidem non trahantur, per eos autem stare quominus trahantur, & ideo etiam cum effectu non trahantur, auxilium sufficiens recipere saltem remotè, quia Deus paratus est ad trahendos illos. Ad id etiam multos non trahi cum effectu, etiam si proximè auxilium sufficiens ad credendum accipiunt, quia credere nolunt. Nam quod Christus dixit, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traherit eum*, vel intelligitur de potestate, quae Christus ad effectum reducat, seu, (quod perinde est), habet sensum compositum, ac si diceret, fieri non potest ut aliquis veniat, nisi trahatur à Patre, & nihilominus fieri potest ut aliquis possit venire & non trahatur, quia venire non vult, vel etiam intelligi potest abstractè de tractione siue sufficienti, siue efficaci, cum partitione accommodata. Nemo enim potest simpliciter venire, nisi sufficienter, & quantum est ex parte Dei, trahatur, & nullus etiam potest cum effectu venire, nisi efficaciter à Patre trahatur: qualis autem sit haec efficax tractio, in libro sequenti videbimus. Et quod dictum est de tractione ad fidem, de tractione item ad poenitentiam, vel dilectionem intelligendum est. De perseverantia denique quomodo iusti sufficienter auxilium ad perseverandum accipiunt, licet postea non perirent, infra tractando de bono perseverantiae in lib. declarandum est.

Ad argumentum secundo loco factum respondeo, probare quidem respectu vitae aeternae consequendae, non dari praedestinatis auxilium sufficiens tantum, sed efficacius, non verò probare, quin ad plures actus particulares dentur praedestinatis auxilia sufficientia, quae ab ipsis inefficacia reddantur. Quia sicut praedestinatio non excludit à praedestinato omne peccatum, pro toto tempore vitae, sed pro aliquo, & praesertim pro ultimo vitae articulo, ita multo minus excludit omnem resistentiam diuinorum auxiliorum sufficientium, ratione cuius delicta sufficientia tantum maneat, & non efficacia. Ad primum confirmationem autem ex loco Pauli Roman. 8. respondetur solum probare, praedestinatis dari auxilia efficacia ad salutem, non tamen probare omnia auxilia, quae illis dantur, esse efficacia, quia non omnes effectus illorum sunt necessarij ad salutem consequendam, ad quam praedestinati sunt: vel non omnia actualia auxilia dantur illis ut praedestinatis, seu ex vi praedestinationis, sed ex vi generalis prouidentiae gratiae, aut ob alias diuinae sapientiae rationes. Vel denique, si dantur eis propter aliquam eorum utilitatem possunt simul esse tantum sufficientia in ratione auxiliorum, quia licet consequantur actus illos, ad quos per se ordinantur, & quorum esse possunt principia & causae, nihilominus esse vtilia, ut occasio & materia alterius bonae operationis, ut satis explicatum est.